Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Tum fulmina mittat & edes ipse suas disturbet: & in deserta recedens.
Seniat ex censu telum: quod sepe nocentes pretent. eximiniatq; indig
nos inq; merentes. Q. si uel exiguam veritatis suam colligere po
tuisset: nūq; diceret ed esi illum suas disturbare. cum ideo disturbet. q.
non sint sue. Capitolium: quod est romane urbis & religionis caput sū
mum: non semel: sed sepius fulmine ictum conflagrauit: homines aut
ingeniosi quid de hoc existimauerint: ex dicto Ciceronis appar. Qua
ut diuinitus extitisse illam flammam non que tiesire illud domicilium
nouis deleret: sed que sublimius magnificentius q; deposcere. Qua de
re & in libris consulatus sui eadem dixit: que lucretius. Nam pater alti
tonans stellanti mixus olympo. ipse suas arces atq; inclita templa petit
Et capitolinis iniecit sedibus ignes: Pertinaci ergo stultitia non mō vir
maiestatem q; veri dei non intellexerunt: sed & impietatem sui erro
ris auxerunt: qui templum celesti iudicio sepe damnatum contra fal
omne contenderunt. Cum hoc igitur cogitare. Epicurus earū rerū
velut iniquitate inductus: Sic h. causam rationemq; ignoranti uideba
tur existimauit nullam esse prouidentiam: quod sibi persuasisset: suscep
it & defendendum: Sic in errores inextricabiles seipse inclusit: Si h. p
uidentia nulla est: quō tam ordinate. tam disposite mundus affectus
est: Nulla inq; dispositio est. Multa h. facta sunt aliter: q̄ fieri debue
runt: & inuenit homo diuinus: que reprehenderet: que singula si in
caret refellere facile ostenderem: nec sapientem hunc fuisse. nec sanum.
stem si nulla prouidentia est: quō animalium corpa tam providenter
ordinata sunt: ut singula queq; membra mirabili ratione disposita
sua officia conseruent: Nihil inquit in procreandis animalibus pro
uidentie ratio moliri est: Nam neq; oculi ad uidendum facti sunt:
neq; lingua ad loquendum: neq; pedes ad ambulandum: qm̄ hec pri
us nata sunt: q̄ esset loqui. uidere. audire. ambulare. Itaq; non hec ad
usum nata sunt: sed usus ex illis natus est: Si nulla prouidentia est:
cur imbres cadunt. fruges oriuntur. arbusta frondescunt: Non in
quit animantiū semp causa fiunt: Quoniam prouidentie nihil pro
sunt: sed omnia sua sponte fieri. nece est: Vnde ergo nascuntur. aut
quō fiunt omnia que geruntur: Non est inq̄ prouidentie opus: Sunt
h. semina primane volitantia: quibus inter se temere conglobatis vniu
sa gignunt. atq; concrescunt: Cur igitur illa non sentimus. aut cerni
mus. quia nec colorem habet inquit nec calorem ullū nec odorem:
Saporis quoq; & humoris expertia sunt & tam minuta ut secari ac